confirmant P 1158 rege Boemie inter eos mediante et hec iuramentis confirmante et hec dictante[1]: quod Laudam, & Kumas et alias civitates imperatoris ita liberas esse permittant, sicut ipsum Mediolanum ab eis liberum ~~esse~~ est, et quod X milia[2] marcarum imperatori pro suis excessibus solvant, omnes ~~omnes~~ captivos tam Cremonenses quam Papienses per manum regis Boemie dimittant, fidelitatem domno imperatori iurent, omnem iusticiam ab antiquis imperatoribus constitutam imperatori solvant, pacem omnibus civitatibus iurent, coronam et honorem imperii gladio suo custodiant, palatia imperialia secundum honorem imperatoris reedificent et ut militiam, quo imperator voluerit, tribuant, XII eorum consules, quos imperator elegerit, imperatore pro tribunali suo sedente nudipedes ad satisfactionem domno imperatori nudos gladios super colla sua portent, et ut hec et alia imperialia instituta rata et firma teneant, CCC obsides filios nobilium et proborum virorum in potestatem imperatoris tribuant.[3] Dies, in qua hec fieri debeant, dies ~~natalis~~ nativitatis sancte Marie virginis instituitur. De pace futura ex utraque parte gaudent. Mediolanenses etenim foris vastabat gladius, intus pavor. Estus autem, pulvis, fetor cf. 2. Cor. 7, 5

übergeschrieben P

~~milites~~ ~~com. oder~~ ~~milites~~ P

übergeschrieben statt milites, das aber nicht getilgt ist P

& seors. P

1) Vgl. Const. I, 174, S. 241 ff. vom 1. Sept. 1158. Nach Vinzenz eigener Aussage von ihm selbst geschrieben (vgl. unten S. 64). Der Zusatz ist hier unvollständig ~~gegeben~~ wiedergegeben, das gegen sich starker Anklänge in der Formulierung.

2) Novem milia nach Const. I, 174; Vinzenz gibt dagegen unten S. 61 noch einmal 10000 Marke an.

3) Es folgt von allem die Bedingung über die Konsuln, die der Anlaß zum Wiederausbruch des Krieges waren.